UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes Ivniae Entheae

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1436

Clarissimo Jvrisconsvlto, Et Vati Inprimis diuino, D. Nicolao Reusnero Leorino &c. amico suo honorando. S. P. D.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6

Visual Library

ſi, vt ſpero, feceris: nominis tui, quod per ſé eſt clarum, & omnium ſermone celebratum, gloriam conſequêre immortalem. Libellos adiunctos prima occaſione mittam ijs, quibus voluiſti: & cauſam tuam diligenter commendabo. Sic enim habeto: mihi omnia, quæ ad dignitatem, & amplitudinem tuam augēdam ſpectāt, inprimis cordi eſſe: quod ipſum breui, vt ſpero, manifeſtò comperies. Cæterùm Cancellariū Drechſelium, & Zorerum amicos noſtros ſi ſaluere juſſeris; erit mihi gratiſsimum. Vale, clariſsime Reuſnere. Viennæ Auſtriæ. III. Non. Aprilis. M. D. XXCI.

Tuus

RVPERTVS A STOZINgen, in Altenſperg.

CLARISSIMO IVRISCONSVLTO, ET VATI INprimis diuino, D. Nicolao Reuſnero Leorino &c. amico ſuo honorando. S. P. D.

NON modò præſtantis ingenij vim Emblematis tuis indicaſti: quod vel ipſum equidem in commendatione, eruditorumque nomine ſemper ponendum

cenſui: ſed totum te, quantus es, quantu
alij de te pridem judicârunt, eorum diu
gatio prodidit. Quippe quæ bibliothecæ in
mæ opes præſentes nobis cõſtituunt: omni
inſequenti ætati, vel quid poſsis, vel qua
tum penſum euigilâris, vrſeriſque, egreg
exemplo cantabunt. Si cogitationes obi
ad diſciplinas primarum artium redigo; ec
quid vel ad commentationes, vel declama
tiones, vel etiam conſultationes propoſu
ris: quid abditum obſcurior natura tene
cuius tu non indicium extuleris; ſuauiſsim
Camœnis ita ſubegeris; ita explicâris; vt p
nu te φυσιολογίασ τε, καὶ φιλολογίασ dix
rim: ac, ſi feres meritò, quod res ipſa luc
lentè monſtrat: aliquot veterum Sophiſt
rum Progymnaſmata lucem aliquando p
talibus ſunt fugitura: ita decorum, καὶ
πρὸ ὀμμάτων ποιήσισ Ariſtotelea cuncta, v
lut orbe ſuo, comprehendit. Nec ſemper eg
admitto illud veteris fabulatoris: τὸ πολλ
τολμᾶν, πολλ᾽ ἁμαρτάνειν ποιεῖ. Abeſt eni
à tuis προπέτεια illa: quæ reprehenſion
bus conflictatur. De memoria vulgò mi
abs te impertita, & amo te, & gratiam h
beo: debeo certè mutuum: dum officio pa
reddidero. Ieremiam noſtrum Comes la
dat: conſcium ſecretorum eſſe, & magiſtru
libellorum patitur: induſtriam ita exerc
vt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt eo loco, & fide ad Italiæ, Galliæque lumina emerſurum eum minimè dubitem: qua in ſpe ne diu ille hæreat; omnem adhibebo operam. Vale. Vienna. 26. Martij. 1581.

IOAN. SAMBVCVS.

CLARISSIMO VIRO, D. NICOLAO REVSNERO, *Iuriſconſulto, Poëtæ, Oratori nobiliſſimo &c. amico ſuo plurimùm colendo.*

S. P. D.

AD tuas literas, quas reddidit mihi Ieremias tuus, Reuſnere doctiſsime, cùm ille ad te ſcriberet, reſpondere non potui; propterea quòd tunc Illuſtris Comitis mei negotijs impeditus, ſatis temporis ad ſcribendum non habebam. Itaque te rogo, vt excuſationis meæ neceſsitatem accipias; tibiq; perſuadeas; quòd in illis amorem erga me tuū ex omnibus partibus oſtenderis; gratas ipſas mihi & periucundas fuiſſe. Nihil. n. in me humani eſſe putē: ſi, cùm intelligam; me, quem nunquam vidiſti, tibi jlluſtri Poëtæ, magno Oratori, prudenti Iuriſconſulto beneuolum, atq; amicum eſſe; non in parte cuiuſdam felicitatis poſuero: vt & Ieremiæ tuo adhuc me magis debere ſentiam: qui tuæ iſtius in me beneuolentiæ primus